Magistri Petri Lombardi
Arch. Episc. Parisiensis

Sententiarum Quatuor Libri

LIBER PRIMUS SENTENTIARUM.
DE DEI UNITATE ET TRINITATE
DISTINCTIO IX.

Opera Omnia S. Bonaventurae,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol 1, pp. 176-179.
Cum Notitiis Editorum Quaracchi

Cap. I.

De distinctione trium personarum.

Nunc ad distinctionem trium personarum accedamus. « Teneamus igitur, ut docet Augustinus in libro de Fide ad Petrum,[1] Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum esse Deum naturaliter, nec tamen ipsum Patrem esse qui Filius est, nec Filium esse ipsum qui Pater est, nec Spiritum sanctum esse ipsum qui Pater est aut Filius. Una enim est essentia Patris et Filii et Spiritus sancti, in qua non est aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus, quamvis personaliter alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus ».[2]

Cap. II.

De coaeternitate Patris et Filii.

Genitus est enim a Patre Filius, et ideo alius, nec tamen ante fuit Pater quam Filius; coaeternae enim sibi sunt tres personae. Sed contra hoc inquit haereticus, ut refert Ambrosius in libro primo de Trinitate:[3] « Omne quod natum est, principium habet; et ideo, quia Filius est, principium habet et esse coepit; quod haereticorum ore sic

Master Peter Lombard
Archbishop of Paris

The Four Books of Sentences

THE FIRST BOOK OF THE SENTENCES
ON THE UNITY AND TRINITY OF GOD
DISTINCTION 9

Latin text taken from **Opera Omnia S. Bonaventurae**,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol. 1, pp. 176-179.
Notes by the Quaracchi Editors.

Chapter I

On the distinction of the Three Persons.

Now let us proceed [accedamus] to the distinction of the Three Persons. « We are bound, therefore, » as (St.) Augustine teaches in the book On the Faith to Peter,[1] « that the Father and the Son and the Holy Spirit are the One God naturally, nor, however, that the Father Himself is He who the Son is, nor that the Son is He Himself who the Father is, nor that the Holy Spirit is He Himself who the Father is, or the Son. For one [una] is the Essence of the Father and of the Son and of the Holy Spirit, in which one thing [aliud] is not the Father, another thing the Son, another thing the Holy Spirit, although personally One [alius] is the Father, another One the Son, another One the Holy Spirit ».[2]

Chapter II

On the coeternity of the Father and of the Son.

For begotten by [a] the Father is the Son, and for that reason Another, nor, however, was the Father before [ante quam] the Son; for coeternal to Themselves are the Three Persons. But against this the heretic says, as (St.) Ambrose reports in his first book On the Trinity:[3] « Everything which is born, has principle; and for that reason, because He

dictum est ». « Nam ipse Arius, ut meminit Augustinus in sexto libro de Trinitate,[4] dixisse fertur: Si Filius est, natus est; si natus est, erat, quando non erat Filius ».

is the Son, He has a beginning and undertook to be; which by the mouth of heretics is said in this manner ». « For Arius himself, as (St.) Augustine remembered in his sixth book On the Trinity,[4] is reported to have said: If He is the Son, He has been born; if He has been born, there was (a time), when the Son was not ».

Qui hoc dicit « non intelligit, etiam *natum esse de Deo* sempiternum esse, ut sit coaeternus Patri Filius, sicut splendor, qui gignitur ab igne atque diffunditur, coaevus est illi, et esset coaeternus, si ignis est aeternus ».[5]

Who says this « does not understand, even *that to have been born of* [de] *God* is to be sempiternal, so that coeternal to the Father [Patri] is the Son, just as the splendor, which is begotten by [a] fire and is diffused (with it), is co-eval to it, and would be coeternal, if the fire is eternal ».[5]

Item: « Si Dei Filius, inquit Augustinus, virtus et sapientia Dei est, nec unquam fuit Deus sine virtute et sapientia, coaeternus est Deo Patri Filius. Dicit autem Apostolus:[6] *Christum esse Dei virtutem et Dei sapientiam*; aut ergo non fuit, quando non fuit Filius, aut aliquando Deus non habuit virtutem et sapientiam, quod dementis est dicere ». Constat enim, quia semper habuit sapientiam, semper ergo habuit Filium.

Likewise: « If the Son of God », says (St.) Augustine, « is the Virtue and Wisdom of God, and God was not ever without virtue and wisdom, (then) coeternal to the God the Father is the Son. Moreover the Apostles says:[6] that *Christ is the Virtue of God and the Wisdom of God*; therefore, either there was not a, when there was not a Son, or at sometime God did not have virtue and wisdom, which belongs to the demented to say ». For it is established, that He always had wisdom, therefore He always had the Son.

Eidem quoque Arianicae quaestioni Ambrosius[7] in hunc modum respondet: « Ego, inquam, Filium esse natum confiteor; quod reliquum est impietatis hor- / -resco ».

To the same question of Arius (St.) Ambrose[7] also responds in this manner: « I, I say, that the Son has been born do confess; because the rest belongs to impiety I am / horrified ».

---

[1] Cap. 1. n. 5. — In principio distinctionis omnes codd. omittunt *trium*.
[2] Vat. huic capitulo addit verba seqentis cap. *Genitus est* usque *alius*.
[3] Cap. 11. n. 73. — Solummodo Vat. et edd. 4, 6, 8 citant hunc librum sub nomine *de Fide ad Gratianum*; cfr. supra Dis. II. c. 4. In textu contra originale et codd. nostros Vat. cum ceteris edd. post *Filius* addit *natus*.
[4] Cap. 1. n. 1, unde et duae auctoritates, quae sequuntur, sumtae sunt. In primo textu solummodo Vat. et edd. 4, 6 cum originali Augustini ante *quando* addunt *tempus*. Sed notum adagium Arii est: Erat quando non erat (□□□□□□□□□□□□□□□□□□□□).
[5] Sola Vat. perperam omittit *aeternus*.
[6] I. Cor. 1, 24; sed in Vulgata et Augustino deest *esse*. Paulo ante post *coaeternus* Vat. et edd. 4, 9 addunt *ergo*.
[7] Loc. cit. — Ex eodem libro c. 8. n. 55 proximus

---

[1] Chapter 1, n. 5. — In the beginning of the distinction all the codices omit *three* [trium].
[2] The Vatican text adds to this chapter the words of the following chapter, *For begotten* [Genitus est enim] upto *another* [alius]. [3] Chapter 11, n. 73. — Only the Vatican text and editions 4, 6 and 8 cite this book under the name On the Faith to Gratian; cf. above D. II, ch. 4. In the text, contrary to the ordinal and our codices, the Vatican text with the rest of the editions read *If He was born the Son* [Si Filius natus est].
[4] Chapter 1, n. 1, whence also the two quotes, which follow, are taken. In the first text only the Vatican text and edition 4 and 6, together with the original of (St.) Augustine, add *time* [tempus] before *when* [quando]. But the noted adage of Arius is: There was a, when He was not (□□□□□□□□□□□□□□□□□□□□).
[5] The Vatican text alone, wrongly, omits *eternal* [aeternus].

huius capituli locus sumtus est, secundus et tertius ex c. 9. n. 58. et 59, quartus ex eodem cap. n. 60.

[6] 1 Cor. 1:24; but in the Vulgate and (St.) Augustine there is lacking the *is* [esse]. A little before this at *coeternal* [coaeternus] the Vatican text and editions 4 and 9 add *therefore* [ergo].
[7] Loc. cit. — From the same book ch. 8, n. 55, the next passage is taken from this chapter, the second and third from ch. 9, n. 58 and 59, the fourth from the same chapter n. 60.

hor- / -resco ». « Scriptum est enim in veteri Testamento,[1] ut vel unum e pluribus dicam: *Ante me non fuit alius Deus, et post me non erit*. Quis ergo hoc dicit? Pater an Filius? Si Filius, *ante me*, inquit, *non erit*: hic priorem, ille posteriorem non habet. Invicem enim in se et Pater in Filio, et Filius in Patre cognoscitur.[2] Cum enim Patrem dixeris, eius etiam Filium designasti, quia nemo ipse sibi pater est; cum Filium nominas, etiam Patrem fateris, quia nemo ipse sibi filius est. Itaque nec Filius sine Patre, nec Pater potest esse sine Filio: semper igitur Patre, semper et Filius est ».

I am / horrified ». « For it was written in the Old Testament,[1] to speak even of one of many (passages): *Before Me there was no other God, and after Me there shall not be (another)*. Who therefore says this? The Father, or the Son? If the Son, *before Me*, He says, *there shall not be (another)*: this (has not) one before, the that has not one after. For mutually in Themselves, both the Father in the Son, and the Son in the Father are cognized.[2] For when you say *the Father*, you have also designated His Son, because no one is a father to himself; when you name the Son, you also say [fateris] the Father, because no one is a son to himself. And so neither can the Son be without the Father, nor the Father without the Son: therefore Father (is) always, and the Son is always ».

Item: « Dic, inquam, mihi haeretice, fuitne, quando omnipotens Deus Pater non erat, et Deus erat? Nam si Pater esse coepit, Deus ergo primo erat et postea Pater factus est. Quomodo ergo immutabilis Deus est? Si enim ante Deus, postea Pater fuit, utique generationis accessione mutatus est ». « Sed avertat Deus hanc amentiam ».[3]

Likewise: « Tell me, I say, (you) heretic, was there a, when God the Father omnipotent was not, and God was? For if the Father undertook to be, therefore first there was God and afterwards the Father was made. In what manner, therefore, is God immutable? For if before there was God, afterwards the Father, He has indeed been changed by an accession of generation ». « But may God turn (us) from such mindlessness! »[3]

Cap. III.

De ineffabili et intelligibili generationis modo.

« Sed quaeris a me, inquit Ambrosius,[4] quomodo, si Filius sit, non priorem habeat Patrem? Quaero item abs te, quando vel quomodo Filium putes esse generatum? Mihi enim impossibile est generationis scire

Chapter III

On the ineffable and intelligible manner of the generation.

« But you seek from me », says (St.) Ambrose,[4] « how, if He is the Son, does He not have a prior Father? I seek, likewise, from you, when and/or in what manner do you think the Son has been begotten? For to

secretum. Mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed et Angelorum; supra potestates et supra Angelos et supra Cherubim et supra Seraphim et supra omnem sensum est, quia scriptum est:[5] *Pax Christi supra omnem sensum est*. Et si pax Christi supra omnem sensum est, quomodo non est supra omnem sensum tanta generatio? » « Tu ergo *ori manum advove*; scrutari non licet superna mysteria. Licet scire, quod natus sit, non licet discutere, quomodo natus sit. Illud negare mihi non licet, hoc quaerere metus est ». Ineffabilis enim est illa generatio; unde Isaias:[6] *Generationem eius quis enarrabit?*

me it is impossible to know the secret of (that) generation. The mind fails, the voice is silent: not mine only, but even (those) of the Angels; it is above the powers (of man) and above Angels, and above the Cherubim and above the Seraphim and above every sense, because it has been written:[5] *The peace of Christ is above every sense*. And if the peace of Christ is above every sense, in what manner is so great a generation not above every sense? » « You, therefore, *put your hand upon your mouth*; it is not licit to scrutinize the supernal mysteries. It is licit to know [scire], that He has been born, it is not licit to discuss, in what manner He has been born. The former is not licit for me to deny, the latter I have feared to question ». For ineffable is that generation; whence Isaiah (says):[6] *His generation, who shall tell it forth?*

Quidam tamen de ingenio suo praesumentes dicunt, illam generationem posse intelligi et alia huiusmodi, inhaerentes illi auctoritati Hieronymi super Ecclesiasten:[7] « In sacris Scripturis *quis* saepissime non pro impossibili, sed pro difficili ponitur, ut ibi: *Generationem eius quis enarrabit?* » Sed hoc non dixit[8] Hieronymus ideo, quod generatio Filii aeterna *plene* intelligi vel explicari possit a quoquam mortalium, sed quia de ea *aliquid* intelligi vel dici potest. Quidam tamen hoc accipiunt dictum de temporali Christi generatione.

Certain ones, however, presuming from their own ingenuity say, that that generation can be understood and other (things) of this kind, adhering [inhaerentes] to that quote of (St.) Jerome on Ecclesiastes:[7] « In the Sacred Scriptures *who* most often is not posited for the impossible, but for the difficult, as there (where it says): *His generation who can tell it forth?* » But by this (St.) Jerome did not say,[8] for this reason [ideo], that the eternal generation of the Son can be *fully* understood and/or explained by any of mortals, but that of it [de ea] *something* can be understood and/or said. Certain ones, however, accept this saying of the temporal generation of Christ.

Cap. IV.

Utrum debeat dici: semper gignitur Deus, vel semper genitus est.

Chapter IV

Whether there ought to be said: God always is begotten, and/or always has been begotten.

Hic quaeri potest, cum generatio Filii a Patre nec principium habeat nec finem, quia aeterna est, utrum debeat dicit: Filius semper gignitur, vel semper genitus est, vel semper gignetur. De hoc Gregorius super Iob[9] ait: « Dominus Deus Iesus in eo, quod virtus et sapientia Dei est, de Patre ante

Here it can be asked, since the generation of the Son by [a] the Father has neither a beginning nor an end, because it is eternal, whether there ought to be said: the Son is always begotten, and/or always has been begotten, and/or always will be begotten. Concerning this (St.) Gregory on Job[9] says: «

tempora natus est, vel potius, quia nec coepit nasci nec desiit, dicamus verius *semper natus*; non autem possumus dicere *semper nascitur*, ne imperfectus esse videatur. At vero, ut aeternus designari valeat et perfectus, *semper* dicamus et *natus*, quatenus et *natus* ad perfectionem pertineat et *semper* ad aeternitatem; quamvis per hoc ipsum, quod *perfectum* dicimus, multum ab illius veritatis expressione deviamus, quia quod *factum* non est, non potest dici proprie *perfectum* »; sed balbutiendo, ut possumus, excelsa Dei resonamus. « Et Dominus, nostrae infirmitatis verbis condescendens, *Estote*, inquit, *perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est* »[10] Super illum locum etiam Psalmi: *Ego hodie genui te,* de hac generatione Filii ita loquitur Augustinus:[11] «Quamquam per hoc, quod dicit *hodie*, possit etiam intelligi dies ille, quo Christus secundum hominem natus est; tamen quia *hodie* praesentiam significat, atque in aeternitate neque praeteritum quidquam est, quasi esse desierit, neque futurum, quasi nondum sit, sed praesens tantum, quia quidquid aeternum est, semper est; divinius tamen accipitur de sempiterna generatione sapientiae Dei ».[12] Ecce, his verbis ostendit Augustinus, quod generatio Filii semper est nec praeterit nec futura est, quia aeterna est. Ideo enim[13] dixit *genui*, ne novum putaretur, scilicet ne videretur incepisse; *hodie* dixit, ne praeterita generatio videretur. « Ex his ergo verbis Prophetae, ut ait Ioannes Chrysostomus,[14] nihil aliud manifestatur, nisi quia ex ipsa essentia Patris semper genitus est Filius ».

The Lord God, Jesus, in this, that He is the Virtue and the Wisdom of God, has been born of [de] the Father before (all) times, and/or rather, because He neither undertook to be born nor failed (to be), let us say more truly *always born*; moreover we cannot say *always is born*, lest He seem to be imperfect. But, on the other hand [vero], that He prevail to be designated as eternal and perfect, let us say *always* and *born*, to the extent that both *born* pertains to perfection and *always* to eternity; although through this very (thing), because we call (Him) the *perfectum*, we deviate much from the expression of that truth, because what is not *made* [factum], cannot properly said to be a *perfectum* »; but by stuttering, as we can, we echo the highest (things) of God. « And the Lord, condescending to our infirmity in words, said, *Be perfect, just as your heavenly Father is perfect* »[10] Also, on this passage of the Psalm: *I today have begotten Thee*, (St.) Augustine speaks thus of this generation:[11] « And yet [quamquam], through this, that he says, *today*, there can also be understood that day, in which Christ according to man was begotten; however because *today* signifies things being present [praesentia], and (because) in eternity there is nothing past, as if it had failed [desierit] to be, nor a future, as if it were not yet, but only a present [praesens], because whatever is eternal, always is; it is more divinely accepted of the sempiternal generation of the Wisdom of God ».[12] Behold, with these words (St.) Augustine shows, that the generation of the Son always is, and (that) it is not past, nor is it future, because it is eternal. For[13] for this reason [ideo] he said *I have begotten*, lest He be reputed new, that is, lest He seem to have commenced [incepisse]: he said *today*, lest the generation seem past. « From these words, therefore, of the Prophet », as (St.) John Chrysostom says,[14] « nothing other is manifested, except that from the Essence Itself of the Father the Son has always been begotten ».

---

[1] Isai. 43, 10. [Tr. — In ed. critic. subito ante *Scriptum* deficit «.] [2] Respicitur illud Ioan. 14, 9. et 10. — Paulo supra post *priorem* Vat contra orginale, codd. et edd. 1, 8 adiicit *et*.
[3] Codd. C E et A (in margine) cum edd. 1, 8 hic

---

[1] Isaiah 43:10. [Tr. Note: In the critical edition, there was lacking a », which is corrected here.]
[2] A reference to John 14:9,10. — A little above this after *one before* [priorem] the Vatican text, contrary to the original, the codices and editions 1 and 8,

addunt: *quia semper habuit sapientiam, semper habuit Filium*, quae verba, quia non levi carent interpolationis suspicione, in textum non recepimus.

[4] Libr. I. de Fide ad Gratian. c. 10. n. 64. et 65. — In principio huius loci sola Vat. *habet* pro *habeat*. Mox in codd. B C D E et ed. 1 deest *quando vel*, quod tamen est in originali.

[5] Philip. 4, 7. Verba, quae infra sequuntur: *ori manum admove* et *scrutari non licet*, respiciunt Eccli. 5, 14. et 3, 22.

[6] Cap. 53, 8.

[7] Cap. 3. [Tr. — In ed. critic. sequens *?* ponitur perperam post » quam ante.]

[8] Vat. cum paucis edd. *dicit*.

[9] Libr. XXIX. Moral. c. 1. in principio. Etiam verba, quae sequuntur post *resonamus*, ibidem inveniuntur. In principio primi loci codd. A B D E et edd. 1, 8 omittunt *Iesus*.

[10] Matth. 5, 48. — Paulo ante Vat. ed ed.. 3, 4, 5, 7, 9 *resonemus* pro *resonamus* .

[11] Expos. in Psalm. 2. v. 6. — Paulo ante VAt. perperam *Psalmista*. Eadem Vat. et ed. 4 omittunt *etiam* ante *intelligi*.

[12] Codd. A C E ad marginem et edd. 1, 5, 9 in textu haec addiciunt: *Unde etiam Augustinus in libro LXXXIII quaest. de semper nato* (q. 37.) *disserens ait: melior est natus, quam qui semper nascitur, quia qui semper nascitur nondum natus et nunquam natus est aut natus erit, si semper nascitur. Aliud est enim nasci, aliud natum esse, ac per hoc nunquam Filius est, si nunquam natus est; Filius autem est, quia natus, et semper Filius, quia aeternus, semper ergo natus*. {Tr. — In locum ipsum ed. crit. legit finalis *et* sine italicitione].

[13] Vat. contra codd. et edd. 1, 8 omittit *enim*.

[14] Homil. 2. in Epist. ad Hebr. n. 3.

adds *and* [et].

[3] Codices C E and A (in the margin) together with editions 1 and 8 add: *because He always had wisdom, He always had the Son*, which words, because they carry not a light suspicious of being an interpolation, we have not received into the text.

[4] On the Faith to Gratian, Bk. I, ch. 10, nn. 64 and 65. — In the beginning of this passage the Vatican text alone reads *has* [habet] in the indicative. Then in codices B C D E and edition 1 there is lacking *when and/or* [quando vel], which however is in the original.

[5] Philippians 4:7. The words, which follow below this: *put your hand upon your mouth* and *it is not licit to scrutinize*, refer to Eccli. 5:14 and 3:22. [Tr. Note: here the Latin for *sense* [sensum] means both *sense* and the act of *sensing* and *being sensed*].

[6] Chapter 53:8.

[7] Chapter 2. [Tr. Note: In the critical edition the following *?* is placed, wrongly, after the » rather than before it.]

[8] The Vatican text with a few editions reads *does not say* [non dicit].

[9] Morals, Bk. 29, ch. 1 at the beginning. The word, which follow after *we echo the highest (things) of God* [excelsa Dei resonamus], are also found in the same place. In the beginning of the first passage codices A B D E and editions 1 and 8 omit *Jesus* [Iesus]. [Tr. Note: toward the end of this passage, the equivocity in the Latin *perfectum*, which means both *perfect* and *perfected*, does not exist in English, where the adjective *perfect* and the past participle, *perfected* are distinct.]

[10] Mt. 5:48. — A little before this the Vatican text and editions 3, 4, 7 and 9 reads *let us echo* [resonemus] for *we echo* [resonamus]. [Tr. Note: the equivocation here of *perfecti* and *perfectus* is paralleled in the Greek by □□□□□□□ and □□□□□□□. Although English translations are divided on this, and though it is more metaphysically correct to distinguish *the perfected* from *the perfect* in this passage, in which Christ calls not only for perfection in action, and this by means of an initial, whole, and perfect faith, but also in being, which can be attained only by sanctifying grace; nevertheless the equivocity is itself part of the inspired text, and thus ought to be retained in translation. And this appears very suitable, since it is by means of sanctifying grace that the Christian is perfected; and since this grace is itself a supernatural, created participation in the uncreated, Essence of God, who is the One and the Perfect, there is a consimilarity and unity of these two orders of perfection, which is manifested by this use of equivocal terms.]

[11] Exposition on Psalm 2:6. — A little before this the Vatican text wrongly reads *Psalmist* [Psalmista]. The same Vatican text and edition 4 omitt *also* [etiam] before *be understood* [intelligi].

[12] Codices A C and E at the margin and editions 1, 5, and 9 in the text insert these words: *Whence even (St.) Augustine in the book The 53 Questions speaking in an orderly manner [disserens] of the always born* (q. 37) *says: it is better (to say) "born", than " He who is always being born [nascitur], because He is is always being born is not yet born*

and never has been born or will be born [natus erit], if He is always being born. For it is one (thing) to be born, another to have been born, and through this (line of reasoning) the Son never is, if He never has been born; but the Son is, because He is born, and He always is the Son, because He is eternal, therefore always born." [Tr. Note: we shall see in the following paragraphs this equivocity of *nascitur*: "is born" and "is being born", since Latin lacks the present progressive.

[13] The Vatican text, contrary to the codices and editions 1 and 8, omits *For* [enim].

[14] On the Epistle to the Hebrews, Homily 2, n. 3.

---

p. 178

Origenes vero super Ieremiam[1] dicit, quod Filius semper generatur a Patre, his verbis: « Salvator noster est sapientia Dei; sapientia vero splendor est aeternae lucis: Salvator ergo noster est splendor claritatis. Splendor autem non semel nascitur et desinit, sed quoties ortum fuerit lumen, ex quo splendor oritur, toties oritur etiam splendor claritatis: sic ergo Salvator semper nascitur. Unde ait in libro Sapientis:[2] *Ante omnes colles generat me Dominus*, non, ut quidam male legunt, *generavit* ». His verbis aperte ostendit Origines sane dici posse et debere: *Filius semper nascitur*, quod videtur contrarium illi verbo Gregorii praemisso, scilicet, « non possumus dicere: *semper nascitur* ».

On the other hand [vero], Origin On Jerimiah[1] says, that the Son is always generated from [a] the Father, with these words: « Our Savior is the Wisdom of God; however the Wisdom is the Splendor of the eternal Light: therefore Our Savior is the Splendor of the Clarity. Moreover splendor is not born once and stops [desinit], but as many times a light has risen, from which splendor rises, so often does the splendor of its clarity rise: in the same manner, therefore, the Savior is always born. Whence it says in the book of the Wise Man[2] *Before all the hills the Lord generates me*, not, as certain ones badly read it, *generated* ». With these words Origin openly shows that sanely it can and ought be said: *The Son is always born* [nascitur], which seems contrary to that aforesaid word of (St.) Gregory, namely, « we cannot say: *He is always born* ».

Sed ne tanti auctores sibi contradicere in re tanta videantur, illa[3] verba Gregorii benigne interpetemur. « Dominus, inquit, Iesus ante tempora de Patre natus est, vel potius, quia nec coepit nasci nec desiit, dicamus verius: *semper natus* ». Sed quomodo verius dicitur hoc, scilicet quod Filius sempre natus est, quam illud, scilicet quod de Patre ante tempora natus est? Illud enim sincera et catholica fides tenet ac praedicat ut istud. Quare ergo ait: « Dicamus verius », cum utrumque pariter sit verum, nisi[4] quia volebat intelligi, hoc ad maiorem evidentiam et expressionem veritatis dici quam illud? His etenim verbis omnis

But lest such great authors seem to contradict themselves in such a great matter [re], let us interpret those[3] words of (St.) Gregory in a benign manner [benige]. « The Lord Jesus », he says, « has been born before (all) times of the Father, and/or or rather [potius], because He neither undertook to be born nor failed (to be), let us say more truly: *always born* ». But in what manner can there be more truly said this, namely that the Son has been always born, than that, namely that of the Father before (all) times He has been born? For that does the sincere and catholic Faith hold and preach as its own [istud]. For what

calumniandi versutis haereticis obstruitur aditus, quibus Christi secundum deitatem generatio sine initio et sine fine esse ac perfecta monstratur. Non autem adeo aperte[5] manifestatur veritas, cum dicitur: Filius ante tempora genitus est de Patre, vel Filius semper nascitur de Patre. Et ideo dicit Gregorius, quod « non possumus dicere, semper nascitur »; non, inquam, ita convenienter, non ita congrue ad explanationem veritatis; potest tamen dici, si sane intelligatur. « Semper enim nascitur Filius de Patre », ut ait Origenes; non quod quotidie iteretur illa generatio, sed quia semper est. Semper ergo nascitur, id est, nativitas eius sempiterna est.

reason [quare], therefore, does he say: « Let us say more truly », since each be equally [pariter] true, except[4] that he wanted it to be understood, that this is aid for a greater evidence and expression of the truth than that (other saying)? For indeed by these words every access to the heretic, wilily (enough) to calumniate it, is obstructed, by which the generation of Christ according to (His) Deity is shown to be without a start and without an end, and perfect. Moreover, the truth is not manifested so [adeo] openly[5], when there is said: The Son before (all) times has been begotten of the Father, and/or the Son is always born of the Father. And for that reason (St.) Gregory says, that « we cannot say, He is always born »; not, I say, in so fitting a manner [ita convenienter], not in so congruous a manner for the explanation of the truth; however it can be said, if it is understood in a sane manner. « For the Son is always born of the Father », as Origin says; not that every day that generation is iterated, but that it always is. Therefore He is always born, that is, His nativity is sempiternal.

Hilarius quoque dicit, Filium nasci ex Patre, in libro septimo de Trinitate[6] his verbis: « Vivens Deus et naturae aeeternae viventis potestas est; et quod cum sacramento scientiae suae ex eo nascitur, non potuit aliud esse quam vivens. Nam cum ait: *Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem*, docuit, vitam in se per viventem Patrem inesse ». Ecce hic habes, quia[7] Filius nascitur ex Patre. Item in eodem:[8] « Cum dicit Christus: *Sicut Pater habet vitam in se, sic et Filio dedit vitam habere in semetipso*, omnia viva sua ex vivente testatus est. Quod autem ex vivo vivum natum est habet nativitatis perfectum sine novitate naturae. Non enim novum est quod ex vivo generatur in vivum, quia nec ex nihilo est; et vita, quae nativitatem sumit ex vita, necesse est per naturae unitatem et perfectae nativitatis sacramentum, ut et[9] in vivente vivat et in se habeat vitam viventem ». Ecce et hic habes, quia generatur ex vivo vivens Filius. Item in eodem:[10] « In Deo totum quod est vivit; Deus enim vita est, et ex vita non potest

(St.) Hilary also says, that the Son is born out of [ex] the Father, in the seventh book On the Trinity[6] with these words: « The living God is also the Power of an eternal living Nature; and because He is born of Him with the sacrament of His Knowledge [cum sacramento scientiae suae], He could not be other than living. For when He says: *Just as the living Father sent Me, and I live on account of the Father*, He taught, that Life was in Himself [in se inesse] through the living Father ». Behold here you have, that[7] the Son is born out of the Father. Likewise in the same (passage):[8] « When Christ says: *Just as the Father has life in Himself, in the same manner too He gives to the Son to have life in His very self* [semetipso], He has testified that all things living in Himself are out of One living [omnia viva sua ex vivente]. Moreover, because a living thing [vivum] has been born out of a living thing; it has (something) perfect belonging to its nativity without a newness of nature. For (something) is not new, which is generated out of (something) alive into

quidquam esse nisi vivum; neque ex derivatione, sed ex virtute nativitas est. Ac sic, dum totum quod est vivit, et dum totum quod ex eo nascitur virtus est, habet nativitatem Filius, non demutationem ». Et hic dicit, quia nascitur. Item in nono libro de Trinitate:[11] « Donat Pater Filio tantum esse, quantum est ipse, cui innascibilitatis esse imaginem sacramento nativitatis impertit, quem ex se in forma sua generat ». Hic dicit, quia generat Pater Filium.

(something) alive, because neither is it out of nothing; and a life, which takes a nativity out of life, is necessary through a unity of nature and a sacrament of a perfect nativity, so that it too[9] lives in One living and has in Itself a living Life ». Behold here you also have, that the living Son is generated out of One alive [vivo]. Likewise in the same(chapter):[10] « In God the whole which is lives; for God is Life, and out of Life no thing [non quidquam] can be except (something) alive; and the Nativity is not out of a derivation, but out of virtue. And in this manner, while the whole which is lives, and while the whole which is born out of Him is Virtue, the Son has a nativity, not a de-mutation ». And here he says, that He is born. Likewise in the ninth book On the Trinity:[11] « The Father grants to the Son to be as much as [tantum quantum] He Himself is, to Whom He imparts [impertit] by the sacrament of a nativity to be the Image of (His own) innascibility, Whom He generates in His own form ». Here he says, that the Father generates the son.

Dicamus ergo, Filium natum de Patre ante tempora et semper nasci de Patre, sed congruentius semper natum; et eundem fateamur ab aeterno esse et Patri coaeternum, id est auctori. Pater enim generatione auctor Filii est, ut in sequenti[12] ostendetur. Ut ergo Pater est aeternus, ita et Filius aeternus est, sed Pater sine auctore, Filius vero non, quia Pater innascibilis, Filius natus. Et ut ait Hilarius in duodecimo libro de Trinitate:[13] « Aliud est sine auctore semper esse aeternum, aliud Patri, id est auctori, esse coaeternum. Ubi autem Pater auctor est, ibi et nativitas est; quia sicut nativitas ab auctore est, ita et ab aeterno auctore aeterna nativitas est. Omne autem, quod semper est, etiam aeternum est; sed tamen non omne, quod aeternum est etiam innatum est; quia quod ab aeterno nascitur habet aeternum esse, quod natum est. Quod autem non natum est, id cum aeternitate non natum est; quod vero ex aeterno natum est, id, si non aeternum natum est, iam non erit et Pater auctor aeternus. Si quid ergo ei, qui ab aeterno Patre natus est, ex aeternitate defuerit, id ipsum auctori non est ambiguum defuisse,

Le us say, therefore, that the Son (has) been born of the Father before (all) times and that He is always born of the Father, but more congruently that He always (has) been born; let us say [fateamur] that the Same is both from eternity [ab aeterno] and is coeternal to the Father, that is to (His) author. For the Father by generation is the author of the Son, as will be shown in the following (distinction).[12] Therefore, as the Father is eternal, so also the Son is eternal, but the Father without an author, the Son, on the other hand, non (so), because the Father (is) innascible, the Son born. And as (St.) Hilary says in the twelfth book On the Trinity:[13] « It is one thing [aliud] to be eternal always without an author, another thing [aliud] to be coeternal to the Father, that is to an author. Moreover where the Father is author, there also is a nativity; because just as a nativity is from [ab] an author, so also from an eternal author there is an eternal nativity. Moreover everything [omne], which always is, is also eternal; but, however, not everything, which is eternal, is also unborn [innatum]; because what is born from eternity [ab aeterno] has an

quia

eternal " to be ", which has been born. Moreover because it has not been born, on that account [id] it has not been born with eternity [cum aeternitate]; on the other hand [vero] because it has been born out of an eternal [ex aeterno], on that account, if there is not an eternal born, then [iam] there is not even an eternal father-author. Therefore, if anything (pertaining) to Him, who has been born by the eternal Father, failed [defuerit] out of eternity [ex aeternitate], on that account there is no ambiguity that He failed his author [auctori], because

---

[1] Homil. 6. in c. 11. circa finem, sed non paucis mutatis.
[2] Prov. 8, 25 secundum Septuag.; Vulgata: *ante colles ego parturiebar*. — Aliquae edd. sic citant: *in libro Sapientiae* pro *Sapientis*, cui errori etiam codd. favent; ed. 9 *unde ait in Prov. 8 Sapientia*.
[3] Sola Vat. omittit *illa*.
[4] Mss. B C E addunt *forte*.
[5] Vat. et edd. 4, 5, 6, 9 superflue addunt *semper*; codd. B C omisso *aperte* legunt *semper*. Immediate post cod. D et edd. 1, 8 *monstratur* pro *manifestatur*.
[6] Num. 27. — Textus Scripturae, ab Hilario citatus, est Ioan. 6, 58, ubi Hilarius ponit *per Patrem* loco *propter Patrem*, quod habet Vulgata.
[7] Codd. *quod* loco *quia*. Postea cod. D et edd. 1, 8 *de Patre* loco *ex Patre*.
[8] Ibid. — Textus Scripturae est Ioan. 5, 26, ubi Vulgata et edd. 1, 2, 5, 9 *semetipso* pro *se*. Deinde post *ex vivente* cod. D addit glossema *Patre*, et cod. A *omnino vitam suam* pro *omnia viva sua*.
[9] Edd. 1, 8 omittunt *et*, quod ceterae auctoritates nostrae cum Hilario habent; mox eadem particula *et* post *Ecce* omittitur a cod. D et ed. 8.
[10] Loc. cit. n. 28. — Codd. C D E addunt *Hilarius*, et C E prosequuntur: *Attende quod totum* pro *In Deo totum*. Deinde edd. 1, 3, 4, 5, 7, 9 contra originale et male legunt *ex virtute nativitatis* pro *ex virtute nativitas*. Immediate post Vat. cum pluribus edd. mendose legit *si* pro *sic*, quod habetur in originali et edd. 5, 6, 8, 9.
[11] Num 54, ubi contra codd., edd. 5, 9 et originale ceterae edd. habent *impartit* pro *impertit*. Deinde ed. Maurin. Hilarii legit *in formam suam* pro *in forma sua*.
[12] Immediate post, et Dist. XV. circa finem.
[13] Num. 21. — In hoc textu cira medium pro *ex aeterno* edd. 1, 8 non bene *ab aeterno*, et paulo post codd. D E *qui Pater* pro *et Pater*.

[1] Homily 6, in ch. 11, near the end, but with not a few changes.
[2] Prov. 8:25 according the Septuagint; the Vulgate reads: *before the hills I desire to be brought forth* [parturiebar]. — Some editions cite it thus: *in the book of Wisdom* for *of the Wise Man*, which error even the codices favor; edition 9 reads *whence in Prov. 8 Wisdom says*.
[3] The Vatican text alone omits *that* [illa].
[4] Manuscripts B C and E add *perchance* [forte].
[5] The Vatican text and editions 4, 5, 6 and 9 superfluously add *always* [semper]. Immediately before this codex D and editions 1 and 8 read *is shown* [monstratur] for *is manifested* [manifestatur].
[6] N. 27. — The text of Scripture, cited by (St.) Hilary, is John 6:58, in which (St.) Hilary puts *through the Father* [per Patrem] in place of *on account of the Father* [propter Patrem], as the Vulgate has it. [Tr. Note: just before the scriptural citation, the Latin can be rendered in two manners, as St. Bonaventure does here in dubium VIII, as the translation has it above, or with *sacramento* rendered as an ablative of means or specification, *when (by or according to) the sacrament of His Knowledge He is born of Him*, following St. Hilary's similar use at the end of this paragraph.]
[7] The codices read *that* [quod] in place of *that* [quia]. After this codex B and editions 1 and 8 read *of the Father* [de Patre] in place of *out of the Father* [ex Patre].
[8] Ibid. — The text of Scripture is John 5:26, in which the Vulgate and editions 1, 2, 5 and 9 read *in His very self* [semetipso] for *in Himself* [in se]. Then after the next*out of* [ex] codex D reads by glossing *the living Father* [vivente Patre], and codex A has *entirely His own life* [omnino vitam suam] for *all things living in Himself* [omnia viva sua].
[9] Editions 1 and 8 omit *too* [et], which our other authorities have with (St.O HIlary; then *also* [et] after *Behold* [Ecce] is omitted by codex D and edition 8.
[10] Loc. cit., n. 28. — Codices C D and E add *(St.) Hilary (says)* [Hilarius], and C and E proceed: *Attend that the whole* [Attende quod totum] for *In God the whole* [In Deo totum]. Then editions 1, 3, 4, 5, 7, and 9, contrary to the original and badly, read *it is . . . ut*

of the virtue of the nativity [ex virtute nativitatis] for *the nativity . . . out of virtue* [ex virtute nativitas]. Immediately after this the Vatican text, together with very many editions, reads faultily *if* for *in the same manner* [sic], which is had in the original and in editions 5, 6, 8, and 9.
[11] N. 54, where contrary to the codices, editions 5 and 9 and the original of the rest of the editions have *imparts* [impartit] for *imparts* [impertit]. Then the Maruin. edition of (St.) Hilary reads *unto His own form* [in formam suam] for *in His own form* [in forma sua].
[12] Immediately after this one, and in Distinction 15, near the end.
[13] N. 21. — In this text near the middle in place of *out of an eternal* [ex aeterno] editions 1 and 8 have not so well *from from eternity* [ab aeterno], and a little after this codices D and E have *one who (is) an* [qui] for *even an* [et]. [Tr. Note: Here the Latin *aeternum* is being used equivocally: it is customarily used for *eternity* [aeternitas] in the phrases *in eternity* [in aeternum] and *from eternity* [ab aeterno] in the sense of *the eternal age* [aeternum saeculum]; but it can also be used as a substantive *an eternal thing* [aeternum]. The translation follows the customary usage.]

---

si gignenti est infinitum gignere, et nascenti etiam est infinitum nasci. Medium enim quid inter nativitatem Dei Filii et generationem Dei Patris nec ratio[1] nec sensus admittit, quia et in generatione nativitas est, et in nativitate generatio est, quia sine utroque neutrum est: utrumque ergo sine intervallo sui est ».

if to the one begetting [gignenti] there is an infinite begetting [gignere], there is also to the one being born [nascenti] even an infinite being born [nasci]. For the medium which (is) between the nativity of the Son of God and the generation of God the Father admits neither *reckoning*[1] nor sensing, because both the nativity is in the generation, and the generation is in the nativity, because without each neither is: therefore each [utrumque] is without an interval to the other [sui] ».

Cap. V.

De obiectionibus haereticorum nitentium probare, Filium non esse coaeternum Patri.

Chapter V

On the objections of the heretics striving to prove, that the Son is not coeternal to the Father.

« Sed inquiet haereticus: omne quod natum est non fuit semper, quia in id natum est, ut esset. Nemo ambigit, quin ea[2] quae in rebus humanis nata sunt, aliquando non fuerint. Sed aliud est ex eo nasci, quod semper non fuit, aliud ex eo natum esse, quod semper

« But the heretic will say: everything [omne] which has been born was not always, because it was born unto something [in id], that it might be. Do one is doubtful [ambigit], that those things [ea][2] which have been born in human affairs [rebus],

est. Ibi nec semper fuit, qui pater est, nec semper pater est; et qui non semper pater est, non semper genuit. Ubi autem semper pater est, semper filius est. Quod si semper Deo Patri proprium est, quod semper est Pater, necesse est, semper Filio proprium esse, quod semper est Filius. Quomodo ergo cadet in intelligentiam nostram, ut non fuerit semper cui proprium est, semper esse quod natum est?[3] Natum ergo unigenitum Deum confitemur, sed natum ante tempora, nec ante esse quam natum, nec ante natum quam esse; quia nasci quod erat, iam non nasci est, sed se ipsum demutare nascendo. Hoc autem humanum sensum et intelligentiam mundi excedit. Non hoc capit ratio humanae intelligentiae, sed prudentiae fidelis professio est ».[4]

were not at some time. But it is one thing [aliud] to be born out of that, which was not always, another thing [aliud] to have been born out of that, which is always. In this [ibi] there was not always, one who is father, nor is he a father always; and who is not always a father, has not always begotten. Moreover where there is always a father, there is always a son. Because if it is always proper to God the Father, that He is always the Father, it is necessary, that it is always proper to the Son, that He is always the Son. In what manner, therefore, does it fall unto our understanding, that there was not always the One to Whom it is proper, to be always that which has been born?[3] Therefore we confess that the Only-Begotten God (has) been born, but born before (all) times, neither being [esse] before [ante quam] being born, nor having been born before being; because for that which is to be born, is already not to be born, but to de-mutate one's very self by being born. Moreover this exceeds human sense [sensus] and understanding. This the reckoning of human understanding does not grasp, but is it the profession of the foresight of faith [prudentiae fidelis] ».[4]

---

[1] Codd. et plurimae edd. contra originale et Vat. omittunt *nec ratio*; et deinde ante *in generatione* Vat. cum paucis edd. omittit *et*.
[2] In codd. et Hilario deest *ea*. — Paulo post, ante *ex eo natum* Vat. cum paucis edd. *est*.
[3] Apud Hilar. (ed. Maurin.) *natus est*, ubi in calce dicitur, plures codd. lectionem *natum* exhibere, quam mss. nostri et edd. habent. — Mox codd. C D E post *iam non* addunt *tantum*. [Tr. — In ed. criticali hac nota portat perperam numerum *4* in loco *3*.]
[4] Totum hoc cap. excerptum est ex Hilario loc. cit. n. 22-26, sed plurimis omissis.

[1] The codices and very many of the editions, contrary to the original and Vatican texts, omits *neither a reckoning* [nec ratio]; and then before *in the generation* [in generatione] the Vatican text with a few of the editions omtis *both* [et].
[2] In the codices and (St.) Hilary there is lacking *those things* [ea]. — A little after this, before *another thing* [aliud] the Vatican text and a few other editions read *it is* [aliud est].
[3] In the text of (St.) Hilary, Marin. edition, there is *because He has been born* [quod natus est], where it is said in the footnotes, that very many codices exhibit the reading *that which has been born* [quod natum est], which our manuscripts and editions have. — Then codices C D and E after *already not* [iam non] add *only* [tantum]. [Tr. Note: In the critical edition, this footnote is wrongly numbered as *4* instead of *3*
[4] The whole of this chapter has been excerpted from (St.) Hilary loc. cit., nn. 22-26, but with very many things omitted.

English translator. Items in round ( ) brackets are terms implicit in the Latin syntax or which are required for clarity in English.

S. Bonaventurae Bagnoregis
4. Item, in[1] generatione, quae semper est in generando, semper aliquid vel aliquis producitur; sed non producitur id quod productum est, secundum id quod est productum: ergo oportet, vel quod iteretur, vel quod succedat generatum in tali genreatione; sed in Filio Dei nec est succesio nec[2] iteratio: ergo nec continua generatio: ergo Filii Dei generatio est terminata.

4. Likewise, in[1] a generation, which is always in one to be generated [generando], something and/or someone is always being produced [producitur]; but that which has been produced is not produced, according to that which has been produced: therefore it is proper, that it be repeated [iteretur], and/or that the one generated succeed in such a generation; but in the Son of God there is neither succession nor iteration:[2] therefore neither a continuous generation: therefore the generation of the Son of God has been terminated.

CONTRA: 1. Damascenus:[3] « Deus, infinite et sine tempore ens, infinite et inquiescibiliter generat »: ergo generatio nunquam terminatur.

ON THE CONTRARY: 1. (St. John) Damascene (says):[3] « God, being [ens] both infinitely and without time, and infinitely in a restless manner [inquiescibiliter], generates »: therefore the generation is never terminated.

2. Item, *ratione* videtur hoc idem posse monstrari. Aeternum non habet se aliter nunc quam prius, sed semper omnino uniformiter: ergo si semper Pater a principio[4] generat, adhuc generat; alioquin aliter se haberet nunc quam prius, et ita generatio aeterna mutaretur.

2. Likewise, it seems that this same (argument) can be shown by *reason*. The Eternal does not hold Himself now otherwise than before, but always in an entirely uniform manner [omnino uniformiter]: therefore if the Father from the beginning [a principio] generates,[4] He is still generating [generat]; otherwise He would hold Himself now in another manner than before, and thus the eternal generation would be changed.

3. Item, simplex[5] et infinitum caret omni termino; sed generatio Filii est simplex et infinita: ergo generatio Filii caret omni termino. Quod sit infinita, patet, quia Filius est infinitus, et iterum ipsa generatio est aeterna, et aeternum est duratione infinitum.

3. Likewise, the simple[5] and the infinite lack every terminus; but the generation of the Son is simple and infinite: therefore the generation of the Son lacks every terminus. That it be infinite, it is clear, because the Son is infinite, and again that generation is eternal, and the eternal is infinite in

duration.

4. Item, perfectior est potentia semper actui coniuncta, quam quae non semper: ergo perfectior est fecunditas semper actui generationis coniuncta, maxime cum fecunditas generandi non perdatur, sed perficiatur:[6] si ergo in Deo est fecunditas perfecta, semper ergo generat; sed non generat alium nisi Filium: ergo Filius semper generatur.

4. Likewise, more perfect is the potency always conjoined to act, than that which is not always: therefore more perfect is the fecundity always conjoined to the act of generation, most of all since the fecundity of generating is not lost, but is accomplished [perficiatur]:[6] if therefore in God there is a perfect fecundity, He therefore always generates; but He does not generate an other except the Son: therefore the Son is always being generated [generatur].

CONCLUSIO.

Generatio divina dicenda est terminata, quatenus hoc vocabulum excludit imperfectionem, interminata vero, quatenus excludit durationem.

CONCLUSION

The Divine Generation must be said to be "terminated", insofar as this word excludes imperfection, but not terminated, insofar as it excludes duration.

R**ESPONDEO**: Ad praedictorum intelligentiam notandum, quod *quaedam* sunt, in quibus idem est *esse* et *factum esse*, differt tamen *fieri* et *esse*, ut sunt illa, quorum esse est permanens nec dependet omnino a principio producente,[7] immo habent rationem subsistendi aliquam intra se, sive per principia propria sive subiecti, ut substantiae et accidentia innata. *Quaedam* sunt, in quibus differt *esse* et *factum esse*, idem tamen est *fieri* et *esse*, ut sunt successiva, quorum esse dependet omnino a principio producente existente in sua actualitate, ut sunt motus et mutationes. *Quaedam* sunt, in quibus est idem *fieri* et *esse* et *factum esse*, ut sunt illa, quae habent esse permanens et totaliter dependent a principio producente, existente in sua actualitate per eundem modum, per quem in principio,[8] non tantum in se, sed etiam respectu producti, ita quod consimilis modus actualitatis attendatur quantum ad utrumque; et talia sunt influentiae sive coporales sive spirituales. Unde Augustinus octavo super Genesim ad litteram[9] dicit, quod lumen semper nascitur et, dum nascitur, est, unde aër semper est illuminatus et semper illuminatur. Similiter omnino dicit[10] de lumine spirituali, quod est

I **RESPOND**: For an understanding of the aforesaid it must be noted, that there are *certain things* [quaedam], in which it is the same *to be* and *to have been made*, and yet (in which) *to be made* and *to be* differ, as are those, whose *to be* is permanent and does not depend entirely on a producing principle,[7] nay they have some reason to subsist within themselves, either through their own principles or (those) of (their) subject, such as substances and innate accidents. There are *certain things*, in which *to be* and *to have been made* differ, however (in which) it is the same *to be made* and *to be*, as are successives, whose *to be* depends entirely on a producing principle existing in its actuality, as are movements and changes. There are *certain things*, in which it is the same *to be made* and *to be* and *to have been made*, as are those, which have a permanent *to be* and (which) totally depend on a producing principle, existing in its actuality through the same mode [modum], through which (it) in the beginning [in principio],[8] not only in itself, but also in respect of the product (existed), such that a consimilar mode of actuality is attained as much as regards both; and such are influences, either

gratia.

corporal or spiritual. Whence St. Augustine in the eighth (book) of *On a Litteral Exposition of Genesis*[9] says, that a light is always born and, while it is being born, it is, whence the air has been illuminated and always is being illuminated. Similarly he says[10] entirely (the same thing) of the spiritual light, which is grace.

Si igitur Filius Dei habet esse permanentissimum

If, therefore, the Son of God has a most permanent *to be*

[1] Fide plurium codd. ut B F H P Q Y et ed. 1 supplevimus *in*; quae lectio comprobatur etiam inde, quod infra in solutione huius obiectionis omnes codd. cum Vat. exhibeant praepositionem *in*. Plures codd. ut A G K S T V Y Z falso *generatio naturae* loco *generatione*; pauci ut F X cum ed. 1 *generatione naturae*.
[2] Vat. cum cod. cc adiungit *ibi*, quod bene deest in aliis mss et ed. 1.
[3] Libr. I. de Fide orthod. c. 8: Deus enim, ut qui tempori non subsit et principio, passione ac fluxione omni vacet sitque incorporeus ac solus ab interitu liber, ita citra tempus quoque et principium et passionem et fluxum et sine ullo congressu gignit, ac nec initium ned finem habet incomprehensibilis ipsius generatio.
[4] Cod. M addit *Filium*. Mox unus alterve cod. cum ed. 1 *generavit* loco *generat*.
[5] Lectio plurimum codd. ut H I P Q ee ff et ed. 1, in qua hic et paulo infra ponitur *simpliciter* pro *simplex et*, satis bona est.
[6] Vat., refragantibus mss. et ed. 1, legit *perditur, sed perficitur*.
[7] In Vat. ed cod. cc hic additur *et hoc proximo producente in facto esse*, quod tamen abest ab aliis mss et ed. 1 et superfluere videtur, quia hoc distinctionis membrum per duo alia satis superque explicatur. Paulo infra Vat. cum cod. cc, aliis tamen codd. cum ed. 1 renitentibus, post *propria* habet *sui* loco *sive*, sed non bene. Mox ex mss. et ed. 1 substituimus *substantiae* loco *substantia*.
[8] Intellige: in initio productionis. Sensus est: modus actualitatis principii taliter producentis idem est in principio seu initio et in continuatione productionis, tum in se tum quoad productum; sicut est v. g. actualitas solis illuminatntis et luminis vel aëris illuminati. Vat. falso et contra antiquiores codd. a ed 1 post *per quem* addit *sunt*.
[9] Cap. 12. n. 26: Neque enim, ut dicebamus, sicut operatur homo terram . . . ita Deus operatur hominem iustum, id est iustificando eum, ut si abscesserit, maneat in abscedente quod fecit; sed potius sicut aër praesente lumine non factus est lucidus, sed fit, quia si factus esset, non autem fieret, etiam absente lumine lucidus maneret; sic homo Deo sibi praesente illuminatur, absente autem continuo tenebratur.
[10] Vide textum modo citatum. — Vat. cum cod. cc, aliis vero cum ed. 1 reluctantibus, *dicendum* pro

[1] Trusting in many codices, such as B F H P Q Y, and edition 1 we have supplied *in* [in]; which reading is confirmed also from this, that below in the solution of this objection all the codices together with the Vatican text, exhibit the preposition *in* [in]. Very many codices, such as A G K S T V Y Z falsely have the nominative *a generation of a nature* [generatio naturae] in place of the ablative *a generation* [generatione]; a few, such as F X, together with edition 1 have the ablative *a generation of nature* [generatione naturae].
[2] The Vatican text together with codex cc adjoins *there* [ibi], which is well lacking in the other manuscripts and edition.
[3] On the Orthodox Faith, Bk. I, ch. 8: For God, as one who is not subject [subsit] to time or beginning [principium], is free from [vacat] passion and from every flowing [fluxione] and is incorporeal and alone free [liber] from destruction, thus also begets beyond time and beginning [principium] and passion and flowing and without any congress, and His incomprehensible generation has neither start [initium] for end.
[4] Codex M adds *the Son* [Filium]. Then one or the other codex together with edition 1 has *has generated* [generavit] in place of *generates* [generat].
[5] The reading of very many codices, such as H I P Q ee ff, and edition 1, in which here an a little below this there is put *simply* [simpliciter] for *simple and*, is good enough.
[6] The Vatican text, disagreeing with the manuscripts and edition 1, reads in the indicative *lost, but is accomplished* [perditur, sed perficitur].
[7] In the Vatican text and codex cc there is here added *and this as one proximate producing the " to be " in the thing made* [et hoc proximo producente in facto esse], which however is absent in the other manuscripts and edition 1 and seems superfluous, because this member of the distinction is explained by means of the other two sufficiently and better. A little below this the Vatican text together with codex cc, however striving against the other codices and edition 1, after *their own principles* [principia propria] has *their own* [sui] in place of *either* [sive], but not well. Then from the manuscripts and edition 1 we have substituted *substances* [substantiae] in place of *substance* [substantia].
[8] Understand: at the beginning of the production. The

dicit.

sense is: the mode of actuality of the principle producing in such a manner is the same in the beginning or start and in the continuation of the production, both in itself as in regard to the product; just as, for the sake of example, is the actuality of the sun illuminating and of a light and/or the air illuminated. The Vatican text falsely and contrary to the more ancient codices and edition 1 adds *they are* [sunt] after *through which* [per quem].

[9] Chapter 12, n. 26: For, as we were saying, and not just as a man works the earth . . . does God thus work the just man, that is by justifying him, so that if He separated Himself, there remains in the one separated, what He wrought; but more ably just as the air, with a light present, has not been made lucid, but is being made such, because if it had been made lucid, it would not be made such, (and) also would remain lucid with the light absenting itself; thus man is illuminated with God present to himself, but with Him absent is immediately put in the shadows [tenebratur].

[10] See the text just cited. — The Vatican text together with codex cc, but with the others and edition 1 resisting, has *it must be said* [dicendum] for *he says* [dicit].

---

et esse coniunctissimum principio productivo, ut in sui actualitate existenti, quia ipse Filius est purus[1] actus; omnino idem est in ipso *nasci* et *natum esse*; et ideo semper nascitur et semper est natus et semper est, nec unquam desinit nec cessat generari, nec Pater generare.

and a "to be" most conjoined with His productive Principle, as in one existing in its actuality, because the Son Himself is the Pure[1] Act; it is entirely the same in Him *to be born* and *to have been born*; and for that reason He is always being born and always has been born and always is, nor does He ever desist nor cease to be generated, nor does the Father (cease) to generate (Him).

Cum ergo quaeritur, an generatio Filii sit *terminata*, distinguendum est , quia *terminatum* aut excludit *imperfectionem*; et sic generatio Filii est terminata, quia perfecta, cum simul sint,[2] immo idem sit *generari* et *generatum esse*. Si vero excludat *durationem*, falsa est, quia semper durat.

When, therefore, it is it asked, whether the generation of the Son be *terminated*, it must be distinguished, that *terminated* either excludes *imperfection*; and in this manner the generation of the Son has been terminated, because (it is) perfect, since they are simultaneous,[2] nay (for Him) it is the same *to be generated* and *to have been generated*. But if it excludes *duration*, it is false, because it always endures [durat].

Concedo ergo, quod generatio Filii est interminata ratione desitionis, quia nunquam desinit generari, sicut probant rationes ad secundam partem adductae.

I concede, therefore, that the generation of the Son has not been terminated [est interminata] by reason of desisting [desitionis], because He never desists from being generated, just as the reasons adduced for the second part prove.

1. Ad illud[3] quod obiicitur in contrarium, quod qui semper nascitur nunquam est natus; dicendum, quod verum est in illa generatione, in qua differt *nasci* et *natum esse*; sed non talis est generatio divina. Attamen quia generatio divina intelligitur per generationem creatam, et in creaturis de perfecte nato non dicitur nasci, sed natum esse: ideo vult Augustinus,[4] quod melius dicitur Filius *natus esse*, quia intelligibilius est, non quia ei non conveniat *nasci*.

1. To that[3] which is objected in the Contrary, that who is always being born never has been born; it must be said, that it is true in that generation, in which *to be born* and *to have been born* differ; but the divine generation is not such. But yet, because divine generation is understood through created generation, and in creatures *to be born* is not said of a perfect born, but "to have been born" (is): for that reason (St.) Augustine wants,[4] that the Son is said better *to have been born*, because it is more intelligible, not because it is not fitting [conveiat] for Him *to be born*.

2. 3. Ad illud quod obiicitur, quod produci terminatur ad productum esse, et *similiter*, nobilius est generatum esse quam generari; dicendum, quod omnia ista tantum ibi habent locum, ubi differt generari et generatum esse. In illa[5] autem generatione locum non habent.

2. 3. To that which is objected, that "to be produced" is terminated at "to have been produced", and *similarly*, (that) it is more noble to have been generated than to be generated; it must be said, that all these (reasons) only have a place there, where to be generated and to have been generated differ. But in that[5] generation they do not have a place.

4. Ad illud quod ultimo obiicitur, in generatione, quae semper est in generando etc.; solvendum est per interemptionem; non enim est verum, quod generatio semper ens[6] semper de novo aliquid producat, quia radius semper oritor a sole, nec tamen semper iteratur nec succedit, sed a sua origine continuatur in esse.

4. To that which is last objected, in a generation, which is always in the one to be generated etc.; it must be solved through interemption; for it is not true, that a generation always-being [semper ens][6] always produces something anew [de novo], because a ray is always arising from the Sun, and yet it is not always being iterated [iteratur] nor does it succeed, but it continued in (its) “being” [in esse] by its own origin.

SCHOLION.

I. In quaestione praecedenti probatum est, quod generatio Filii non habet *initium*; hic quaeritur, utrum habet *terminum*, sive utrum sit terminata. Et cum vocabulum *terminata* habeat duplicem sensum, quatenus excludit aut imperfectionem aut durationem, quaestio haec etiam duplici conclusione resolvitur. — Triplex distinctio in principio responsionis satis notabilis est.

II. De ipsa quaestione cfr. hic dub. 8. —

SCHOLIUM

I. In the preceding question it was proved, that the generation of the Son does not have a *beginning* [initium]; here it is asked, whether it has a *terminus*, or whether it has been terminated. And since the word *terminated* has a twofold sense, insofar as it excludes either imperfection or duration, this question is resolved also with a twofold conclusion. — The threefold distinction in the beginning of the response is notable enough.

II. On this question cf. here dubium 8. —

Alex. Hal., S. p. I. q. 42. m. 5. a. 2. — Scot., hic q. unic. ad 3. — S. Thom., hic q. 2. a. 2; S. I. q. 42. a. 2. ad 4. — B. Albert., hic a. 19; S. p. I. tr. 7. q. 30. m. 4. particula 1. — Petr. a Tar., hic q. 4. a. 1. 2. — Richard. a Med., hic a. 2. q. 2; a. 3. q. 1. 2. — Aegid. R., hic 2. princ. q. 3. — Henr. Gand., S. a. 54. q. 3. n. 70. — Durand., hic q. 4.

Alexander of Hales, Summa., p. I, q. 42, m. 5, a. 2. — (Bl. John Duns) Scotus, here at q. sole, n. 3. — St. Thomas, here at q. 2, a. 2; Summa., I, q. 42, a. 2, n. 4. — Bl. (now St.) Albert (the Great), here at a. 19; Summa., p. I, tr. 7, q. 30, m. 4, part. 1. — (Bl.) Peterr of Tarentaise, here at q. 4, a. 1 and 2. — Richard of Middletown, here at a. 2, q. 2; a. 3, q. 1 and 2. — Giles the Roman, here at 2nd princ., q. 3. — Henry of Ghent, Summa., a. 54, q. 3, n. 70. — Durandus, here at q. 4.

---

[1] Ita vetustiores mss. et ed. 1, dum Vat. cum cod. cc *ipse est Filius et purus*. Paulo ante unus alterve cod. ut P Q cum ed. 1 *sua* loco *sui*.
[2] Lectio Vat. *simile* loco *simul sint* corrigitur ex mss. et ed. 1.
[3] Ed. 1 addit *ergo*.
[4] Verba Augustini vide supra in ipsa obiectione. — Mox ed. 1 *dicatur* loco *dicitur*. Paulo ante fide mss. et ed. 1 substituimus *perfecte* pro *perfecto*.
[5] Vat. contra mss. *ista*.
[6] Hoc est, quae semper est. — Paulo infra post *nec tamen semper* Vat. explicando addit *eius productio*, quod deest in mss. et ed. 1.

[1] Thus the older manuscripts and edition 1, while the Vatican text together with codex cc has *He Himself is the Son and the Pure* [ipse est Filius et purus]. A little before this one or the other codices, such as P and Q, together with edition 1 has *its own* [sua] in place of *its* [sui].
[2] The reading of the Vatican text, *similar* [simile] in place of *are simultaneous* is corrected from the manuscripts and edition 1.
[3] Edition 1 adds *therefore*.
[4] See words of (St.) Augustine above in the objection itself. — Then edition 1 has *be said* [dicatur] in place of *is said* [dicitur].
[5] The Vatican text, contrary to the manuscripts, has *that . . . of His* [ista].
[6] That is, what is always. A little below this after *and yet it is not always* [nec tamen semper] the Vatican text by explaining adds *its generation* [eius generatio], which is lacking in the manuscripts and edition 1.

 The / symbol is used to indicate that the text which follows appears on the subsequent page of the Quarrachi Edition. The translation of the notes in English corresponds to the context of the English text, not that of the Latin text; likewise they are a freer translation than that which is necessitated by the body of the text. Items in square [ ] brackets contain Latin terms corresponding to the previous English word(s), or notes added by the English translator. Items in round ( ) brackets are terms implicit in the Latin syntax or which are required for clarity in English.

S. Bonaventurae Bagnoregis
S. R. E. Episc. Card. Albae
atque Doctor Ecclesiae Universalis

Commentaria in Quatuor Libros Sententiarum

Magistri Petri Lombardi, Episc. Parisiensis

St. Bonaventure of Bagnoregio
Cardinal Bishop of Alba
& Doctor of the Church

Commentaries on the Four Books of Sentences

of Master Peter Lombard, Archbishop of Paris

COMMENTARIUS IN DISTINCTIONEM VIII.

DUBIA CIRCA LITTERAM MAGISTRI.

Opera Omnia S. Bonaventurae,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol 1, pp. 187-192.
Cum Notitiis Originalibus

Dub. I.

In parte ista incidunt dubitationes circa litteram, et primo dubitatur de hoc quod dicitur: *Non est aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus, quamvis personaliter* etc. Videtur enim falsum quod dicitur, quia bene sequitur: Petrus est ablus homo, ergo est animal album, quia idem significat albus et album: ergo pari ratione, quia idem significat[7] *alius* et *aliud*, sequitur: est *alius*, ergo est *aliud ens*. *Si tu dicas*, quod non est simile de hoc nomine *alius* et de hoc nomine *ens*;[8] *contra*: bene sequitur: est alius homo, ergo est aliud animal: ergo a simili illud sequitur.

Respondeo: Dicendum, quod quia in Deo est singularis alietas, quia *alietas est suppositi* cum omnimoda *unitate naturae*: ideo singulari modo oportet exprimi. Et quoniam masculinum genus importat quandam distinctionem vel discretionem,[9] ideo respicit personam; sed neutrum propter indistinctionem respicit naturam: et ideo *alius* importat alietatem in persona, *aliud*[10] in natura, et ideo in divinis non idem significant.

COMMENTARY ON DISTINCTION IX

DOUBTS ON THE TEXT OF MASTER PETER

Latin text taken from **Opera Omnia S. Bonaventurae**,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol. 1, pp. 187-192.
Notes by the Quaracchi Editors.

Doubt I

In this part there occurs doubts concerning the text (of Master Peter), and first there is a doubt concerning this which he says: *One thing is not the Father, another thing the Son, another thing the Holy Spirit, although personally* etc.. For it seems that what is said (is) false, because there rightly [bene] follows: 'Peter is a white man, therefore he is a white animal', because "white" [albus] and "white" [album] signifies the same (thing): therefore for a equal reason, because *another one* [alius] and *another thing* [aliud] signifies[7] the same (thing), there follows: it is *another one* [alius], therefore it is *another being* [aliud ens]. *If you say*, that it is not similar concerning this noun *another one* [alius] and concerning this noun *a being* [ens];[8] *on the contrary*: there rightly follows: he is another man, therefore he is another animal: therefore by similar (reasoning) it does follow.

I respond: It must be said, that because in God there is a singular otherness [singularis alietas], because *otherness belongs to a supposit* with an omnimodal *unity of nature*: for that reason it is proper that it be expressed in a singular manner. And since the masculine genus conveys [importat] a certain distinction and/or separation [discretionem],[9] for that reason it respects a person; but the neuter on account of (its) indistinction respects the nature: and for that reason *another one* [alius] conveys *otherness* in person, *another thing* [aliud][10] in nature, and for that reason among the

divine they do not signify the same (thing).

Posset etiam dici, quod in creaturis aliud significat,[11] cum dico: iste est *alius* ab illo, et aliud, cum dico: *est aliud*; et unum sequitur ad aliud. Non sic in divinis; et non est simile de albo, quia album imponitur a forma speciali, quae est albedo.

It could also be said, that in creatures it signifies one thing,[11] when I say: this is *other* [alius] than that, and another, when I say: *it is another thing* [aliud]; and one follows after the other. Not so among the divine: and it is not similar concerning (something) white, because white is imposed by a special form, which is whiteness.

[7] Vat. contra mss. et ed. 1 hic et paulo ante *significant*.
[8] Vat. praeter fidem mss. et sex primarum edd. *aliud ens*.
[9] Codd. antiquiores inter se non consentiunt; alii enim ut T W cum ed. 1 omittunt *distinctionem vel*, alii autem ut A F G H I K S V X Y Z etc. *vel discretionem*.
[10] Vat. repetit hic *alietatem*, quod deest in mss. et ed. 1.
[11] Ed. 1 *significatur* et paulo post *consequitur* loco *sequitur*. — Plura de hac re vide supra d. 4. q. 2.

[7] The Vatican text, contrary to the manuscripts and edition 1, here and a little after this has *signify* [significant].
[8] The Vatican text, not trusting in the testimony of the manuscripts and the six first editions, has *another being* [aliud ens].
[9] The more ancient codices do not agree among themselves; for some, such as T and W, together with edition 1 omit *distinction and/or* [distinctionem vel], but others, such as A F G H I K S V X Y Z etc. *and/or discretion* [vel discretionem].
[10] The Vatican text repeats here *otherness* [alietatem], which is lacking in the manuscripts and edition 1.
[11] Edition 1 has *is signified* [significatur] and a little after this *follows completely* [consequitur] in place of *follows* [sequitur]. — For more on this subject see above d. 4, q. 2.

p. 188

Dub. II.

Doubt II

Item dubitatur secundo de hoc quod dicit: *Coaternae sibi sunt tres personae*. Videtur falsum, quia si coaeternae, et[1] aeternae: ergo tres aeterni, quod est contra *Symbolum*, ubi dicitur: « Non tres aeterni »; et iterum contra *rationem*, quia numerus pluralis multiplicat formam. Unde non vere dicitur: tres sunt dii.

Likewise there is a doubt, second, concerning this which he says: *Coeternal to Themselves are the Three Persons*. It seems false, because if coeternal, also[1] eternal: therefore three Eternals, which is contrary to the (Athanasian) *Creed*, where it says: *Not three eternals*; and again, (it is) contrary to *reason*, because a plural number multiplies form. Whence it is not truly said: The Three are gods.

Respondeo: Dicendum, quod nomen significans *substaniam* in divinis reperitur secundum triplicem modum. *Quoddam* enim significat[2] substantiam et per modum substantiae, ut nomen substantivum, ut Deus; et tale nullo modo plurificatur nec dicitur pluraliter, sive sit substantivum, sive

I respond: It must be said, that a noun [nomen] signifying *substance* is found among the divine in a threefold manner. For *a certain* (noun) signifies[2] substance and through the manner of a substance, as a substantive noun [nomen substantivum], such as God; and such is in no manner

substantivatum, ut[3] hoc nomen *aeternus*; sic accipitur in Symbolo. *Quaedem* significant substantiam per modum adiacentiae, sicut nomina adiectiva adiective retenta;[4] et talis, quia trahunt numerum a substantivis, dicuntur pluraliter, et de genere talium sunt verba et participia. *Alia* sunt nomina, quae important substantiam in adiacentia, connotando intra relationem mutuam, qualia sunt *coaeterni*;[5] et talia ex duplici causa possunt dici pluraliter, tum ratione *consignificationis* sive modi significandi, tum ratione *connotationis*. Et sic patet, quod nulla est contradictio.

plurified nor is said in a plural manner, whether it is substantive, or has been made a substantive [substantivatum], such as[3] this noun '*the Eternal One'* [aeternus]; thus it is accepted in the Creed. *Certain* (nouns) signify substance through a manner of adjacency, just as adjectival nouns retained in the manner of an adjective [adiective retenta];[4] and such, because they draw number from substantives, are said in a plural manner, and from the genus of such are verbs and participles. There are *other* names, which convey [important] substance in adjacents, by connoting within a mutual relation, such are *coeternals*;[5] and such can be said in a plural manner from a twofold cause, both by a reckoning of *consignification* or of a manner of signifying, as by a reckoning of *connotation*. And in this manner it is clear, that there is no contradiction.

Quod[6] autem obiicitur, quod pluralis numerus plurificat formam; dicendum, quod hoc non est verum in adiectivis.[7]

Moreover, what[6] is objected, that a plural number plurifies form; it must be said, that this is not true in adjectives.[7]

Dub. III.

Doubt III

Qui hoc dicit, non intelligit, natum esse etc. Hic ponit Magister quatuor rationes demonstrantes, Filium coaeternum Patri, et ita argumentum Arii non valere:[8] Filius est natus, ergo non est aeternus.

Who says this, does not understand, that to have been born etc.. Here Master (Peter) posits four reasons demonstrating, that the Son is coeternal to the Father, and that thus (this) argument of Arius is not valid [non valere]:[8] 'The Son has been born, therefore He is not eternal'.

Prima sumta est a *simili* et est talis: splendor est eiusdem durationis cum igne sive aequalis, et tamen est generatus ab igne: ergo multo fortius, cum Filius sit splendor Patris,[9] quamvis ab ipso generetur, erit ei coaeternus: ergo conclusio praedictae rationis est falsa, et illa consequentia est interimenda: si natus est, erat quando non erat. *Sed contra*: Si emanatio procedens a Deo est ei coaeterna, sicut emanatio procedens a creatura est ei coaequaeva:[10] ergo cum res exierint a Deo, videtur quod ab aeterno.

The first has been taken from the *similar* and is such: 'the splendor is of the same duration with the fire or equal (to it), and yet it has been generated by the fire: therefore much more strongly, since the Son is the Splendor of the Father,[9] though He is generated by Him, He will be coeternal to Him': therefore the conclusion of the aforesaid reckoning is false, and its [illa] consequence is to be overturned [est interimenda]: 'if He has been born, there was a when He was not'. *But on the contrary*: If an emanation proceeding from [a] God is coeternal to Him, just as an emanation proceeding from [a] a creature is equally-coeval [coaequaeva]:[10] therefore

since things have come forth from [a] God, it seems that (they have done so) from eternity.

Respondeo: Dicendum, quod egressus spelndoris[11] a luce vel igne est egressus connaturalis; et talis est egressus Filii a Patre, non autem egressus creaturae a Creatore, immo est voluntarius; et argumentum est bonum in proposito.

I **respond**: It must be said, that the egress of splendor[11] from light and/or fire is a connatural egress; and such is the egress of the Son from [a] the Father, but not the egress of a creature from [a] the Creator, nay (this latter) is voluntary; and the argument is good in the Propositum.

Item, si Dei Filius, inquit Augustinus, virtus et sapientia. Haec est secunda ratio Augustini: Filius Dei est virtus et sapientia: ergo si non est aeternus, aliquando fuit Deus sine virtute et sapientiae; sed hoc est impossibile: ergo etc. *Sed contra* hanc rationem sic obiicitur: si enim sequitur: si Pater non habet sapientiam genitam, non est sapiens, videtur quod sit sapiens sapientia genita, quod expresse negat Augustinus in sexto de Trinitate.[12]

Likewise, "If the Son of God," says (St.) Augustine, "(is) the virtue and wisdom". This is (St.) Augustine's second reason: the Son is God's virtue and wisdom: therefore if He is not eternal, God was at some time without virtue and wisdom; and this is impossible: ergo etc.. *But contrary* to this reason it is objected thus: for if it followed: if the Father does not have a begotten wisdom, He is not wise, it seems that He is wise by a begotten wisdom, which (St.) Augustine expressly denies in the sixth (book) On the Trinity.[12]

Respondeo: Augustinus istam rationem redarguit in sexto de Trinitate,[13] ostendens, illam procedere ex malo intellectu verbi; attamen, quia Magister adducit eam, potest dici, quod ratio valet, non quia Pater sit sapiens Filio, qui est sapientia genita, sed quia eadem[14] est sapientia genita et ingenita; et ita, si una incipit, et alia.

I **respond**: (St.) Augustine disproves [redarguit] that reason in the sixth (book) On the Trinity,[13] showing, that that (reason) proceeds from a bad understanding of the word; and yet, because Master (Peter) adduces it, it can be said, that that reason is valid, not because the Father is wise by the Son [Filio], who is begotten wisdom, but because the Same[14] is the Begotten Wisdom and the Unbegotten; and thus, if one begins [incipit], also the other.

Eidem quoque Arianicae quaestioni. Haec est tertia ratio quam adducit, et est Ambrosii, sumta ab auctoritate Isaiae: *Ante me non est Deus, et post me non erit*: ergo nec Pater ante Filium, nec Filius post Patrem. *Sed contra*: In divinis personis est ordo; sed ordo non est nisi prioris ad posterius: ergo etc.

Also to the same question of Arius. This is the third reason which he adduces, and it belongs to (St.) Ambrose, taken from the authority of Isaiah: *Before me there is not a God, and after Me there shall not be (one)*: therefore neither (is) the Father before the Son, nor the Son before the Father. *But on the contrary*: Among the Divine Persons there is an order; but an order is not but of prior to posterior: ergo etc.

Respondeo: Dicendum, quod, sicut infra patebit,[15] non est ibi ordo durationis, quo alter est prior altero, sed ordo originis, quo

I **respond**: It must be said, that, must as shall be clear below,[15] there is There no order of duration, by which one is prior to

alter ex altero.

the other [alter est prior altero], but an order of origin, by which one is out of the other [alter ex altero].

Invicem enim in se, Pater in Filio, et Filius | in Patre cognoscitur.

For mutually among Themselves, the Father in the Son and the Son | in the Father is cognized.

---

1 Unus alterque cod. ut P Q *ergo* loco *et*.
2 Ita plurimi antiquiores codd., dum Vat. cum ed. 1 et cod. cc legit *Quaedam enim significant*.
3 Vat. cum cod. cc, interpunctione mutata, loco *ut* ponit *et*. — Sub voce *substantivatum* intellige adiectivum vel aliud nomen loco substantivi adhibitum.
4 Pro non congruo vocabulo *tenta* ope mss. et ed. 1 substituimus *retenta*; mox antiquioribus mss. cum ed. 1 consentientibus, lectionem perturbatam Vat. et cod. cc correximus ponendo *quia* pro *quae*.
5 Nonnulli codd. ut H M Y ee cum ed. 1 addunt *et huiusmodi*. Paulo post fide antiquiorum mss. et ed. 1 pro *significationis* substituimus *consignificationis*, quod primam rationem, scilicet quatenus sunt adiectiva seu ipmortant substantiam in adiacentia, distinctius exhibet; secunda ratio fundatur in connotata mutua relatione.
6 Ed. 1 *Ad illud quod obiicitur*. Mox cod dd *multiplicat* loco *plurificat*.
7 De hac solutione vide infra d. 24. a. 1. q. 2. Cfr. etiam Alex. Hal., S. p. I. q. 49. m. 3. — S. Thom., hic q. 1. a. 2, et S. I. q. 39. a. 3. — B. Albert., hic a. 7. — Petr. a Tar., hic q. 3. a. 2. — Richard. a Med., hic circa litteram.
8 Vat. hic addit *quod tale est*, quae tamen verba desunt in codd. et ed. 1. Nonnulli codd. ut E F I K W Y Z *valet* pro *valere*. Mox post *ergo non* supplevimus ex mss et ed. 1 *est*.
9 Fide mss. et ed. 1 expunximus hic superflue additum *et*, e contra paulo infra post *consequntia* adiecimus *est*.
10 Codd. inter se dissentiunt, alii enim ut E F I N U X Z habent *coaeva* loco *coaequaeva*, alii ut A G K S T W dd ff falso addunt *coaeterna*, sicut et ed. 1 falso habet *coaeva et coaeterna*.
11 Vat. praeter fiem mss. et edd. 1, 2, 3 hic addit *a sole*, et paulo infra post *talis est* contra vetustiores codd. et ed. 1 habet *egressio* loco *egressus*. [Tr. Note: the Propositum is the first section of the Question, which is the followed by the Contrarium and the Response].
12 Cap. 1. n. 1. Vide etiam ibid. VIII. c. 1. n. 2. et XV. c. 7. n. 12.
13 Cap. 1. n. 2.
14 Ed. 1 addit *sapientia*. — Plura hac de re vide infra d. 32. a. 2. q. 1.
15 Dist. 20. a. 2. q. 1. et. 2. — Paulo infra multi codd. ut A F G H I K T V W X etc. *prius* loco *prior*.

---

1 On or the other codex, such as P and Q, have *therefore* [ergo] in place of *also* [et].
2 Thus very many of the more ancient codices, while the Vatican text together with edition 1 and codex cc reads *For certain (names) signify* [Quaedam enim significant].
3 The Vatican text together with codex cc, with changed punctuation, put *and* [et] in place of *such as* [ut]. — By the word *has been made a substantive* [substantivatum] understand an adjective and/or another noun employed in place of a substantive.
4 In place of the non-congruous term *held* [tenta], we have substituted, with the help of the manuscripts and edition 1, *retained* [retenta]; then with the more ancient manuscripts consenting with edition 1, we have corrected the distorted reading of the Vatican text and of codex cc by putting *because* [quia] in place of *which* [quae].
5 Not a few codices, such as H M Y ee, with edition 1, add *and of this kind* [et huiusmodi]. A little after this, trusting in the more ancient manuscripts and edition 1 we have substituted *of consignification* [consignificationis] for *of signification* [significationis], because it exhibits the first reckoning more clearly, that is to the extent that they are adjectives or convey (the notion of) substance in adjacents; the second reckoning is founded in a connotated, mutual relation.
6 Edition 1 reads *To that which is objected* [Ad illud quod obiicitur]. Then codex dd has *multiplies* [multiplicat] in place of *plurifies* [plurificat].
7 Concerning this solution see below d. 24, a. 1, q. 2. Cf. also Alexander of Hales, <u>Summa</u>., p. I, q. 49, m. 3. — St. Thomas , here at q. 1, a. 2 [sic], and <u>Summa</u>., I, q. 39, a. 3. — Bl. (now St.) Albert (the Great), here at a. 7. — (Bl.) Peter of Tarentaise, here at q. 3, a. 2. — Richard of Middletown, here about the text.
8 The Vatican text here adds *which is such* [quod tale est], which words, however, ar lacking in the codices and in edition 1. Not a few codices, such as E F I K W Y Z, have *and thus . . . is not valid* [et ita . . . non valet] for *and that thus . . . is not valid* [et ita . . . non valere]. then at *therefore . . . not* [ergo non] we have supplied from the manuscripts and edition 1 *He is* [est].
9 Trusting in the manuscripts and edition 1 we have expunged here the superfluously added *and* [et], and on the contrary a little below this after *consequence* [consequentia] was have inserted *is* [est].
10 The codices dissent among themselves, for some, such as E F I N U X Z have *coeval* [coaeva] in place of *equally coeval* [coaequaeva], others, such as A G K S T W dd ff, falsely add *coeternal* [coaeterna], justa s edition 1 also falsely has *coeval and coeternal*.

[11] The Vatican text, not trusting in the manuscripts and editions 1, 2, 3, here adds *from the sun* [a sole], and a little below this after *such is* [talis est], contrary to the older codices and edition 1, it has *egression* [egressio] for *egress* [egressus].
[12] Chapter 1, n. 1. See also ibid., Bk. VII, ch. 1, n. 2, and Bk. XV, ch. 7, n. 12.
[13] Chapter 1, n. 2.
[14] Edition 1 adds *wisdom* [sapientia].
[15] Distinction 20, a. 2, q. 1 and 2. — A little below this many codices, such as A F G H I K T V W X etc., have the neuter *prior* [prius] in place of the masculine *prior* [prior].

---

in Patre cognoscitur. Haec est quarta ratio et est talis: relativa simul sunt natura;[1] sed Pater et Filius sunt relativa: ergo simul; sed Pater est aeternul: ergo Filius coaeternus. *Probatio*, quod Pater est aeternus: quia, si prius fuit Deus et postea Pater, mutatus est.[2] *Sed contra* istam rationem potest argui pari ratione: prius fuit *Deus* et postea *Dominus*: ergo mutatus est.

in the Father is cognized. This is the fourth reason and it is such: relatives are simultaneous by nature;[1] but Father and Son are relatives: therefore simultaneous; but the Father is eternal: therefore the Son coeternal. The *proof*, that the Father is eternal: because, if first He was God and afterwards the Father, He has been changed.[2] *But contrary* to this reason of his there can be argued by an equal reason: He was first *God* and afterwards *Lord*: therefore He has been changed.

R**ESPONDEO**: *Aliqui* volunt dicere, quod ista ratio valet, quia generatio est de substantia generantis; et ideo si incipit generare, substantia mutatur. Sed hoc non videtur, quia generatio in divinis non dicit motum. *Alii* dicut, quod quia genitus est consubstantialis gignenti, si mutatur genitus, et gignens; sed genitus mutatur, si de novo generatur: ergo et generans per consequens. *Alius* modus dicendi est, quod paternitas veram dicit habitudinem in Patre, non sic creatio vel dominatio; et ideo paternitas adveniens[3] mutat, non sic dominatio.

I **RESPOND**: *Some* want to say, that that reason of his is valid, because generation is from [est de] the substance of the one generating; and for that reason if He begins to generate, (His) Substance is changed. But this does not seem (so), because generation among the divine does not mean movement [motum]. *Others* say, that because the One begotten is consubstantial to the One begetting, if the One begotten is changed, also the One begetting; but the One begotten is changed, if He is generated anew [de novo]: therefore also the One generating as a consequence [per consequens]. There is *another* manner of saying, that paternity means a true habitude in the Father, non so creation and/or domination; and for that reason an adventive paternity [paternitas adveniens][3] does change, not so domination.

Sed nulla praedictarum rationum[4] dat vigorem huic rationi contra haereticos, quia hereticus dicebat, quod Filius non erat

But none of the aforesaid reasons[4] gives vigor to this reckoning against the heretics, because the heretic (Arius) said, that the

